



Occasionalia  
polypinum Caminia W-183  
vol. 23  
P-V

W-183-

75

VIRO  
NOBILISSIMO ATQUE EXPERIENTISSIMO  
DOMINO  
IOANNI VOLFGANGO  
SCHOENBACHO  
PRACTICO PEGAVIENSI  
CELEBERRIMO  
SVMMOSIN ARTE MEDICA HONORES  
COLLATOS  
A. R. G. & loccXIII  
GRATVLA TVR  
CHRISTIANVS SAMVEL HESSVS  
LIBERALIVM ARTIVM ET THEOL. STVD.

VITEMBERGAE,  
FORMIS SAMVELIS KREVSIGI



Vdeo disparibus numeris deducere carmen,  
Da ueniam Musis, culto Patrone, meis.  
Id facio matris cognato sanguine ductus,  
Affinem quo me contigit esse Tuum.  
Quin iubet et pietas et confuctudinis usus,  
*Qui mibi signa Tuo plena favore dedit.*  
Me fueris quanto complexus amore recordor,  
*Quando tuus patriis sedibus hospes eram.*  
Saepe tuge licuit dextram coniungere dextræ,  
Saepe se fellerunt mutua uerba diem.  
O utinam dextro Tithonia sidere coniux,  
Hunc mibi felicem portet ab axe diem.  
Quo dabitur notas audire et reddere uoces,  
Officiisque animum demeruisse tuum.  
Nec tamen absentis minor est studiosa uoluntas,  
Quod facerem præsens, littera nostra facit.  
Sic quoque tentemus, (forsan tentasse iuuabit)  
*An queat optatos tangere cyma sinus.*  
Condita læuantि gratetur epiphila uersu,  
Et ferat alternis prospera signa modis,  
Dignaque Pierio moduletur carmina cantu,  
Digna coronata carmina fronte legi.  
Talia defundant meritae præconia famae,  
Et referant numeris laurea ferta suis.  
Serta salutiferae, quae nunc tibi detulit, artis  
Leucadius medici Numen Apollo chorii.  
Est equidem fateor, numeris maioribus apta,  
Nec satis ad teneros res facit ista pedes.

*Quicquid id est, alios iuuet hoc decurrere campo,  
Area non nostris ista terenda rotis.  
Non mibi sufficiunt uires in carmina tantae,  
Ut mea grandisonis uox queatire modis.  
Nomina Pierii nec sunt mibi cognita fontis,  
Castalis ingenio non fluit unda meo.  
Ille coronato decurrit uertice riuis,  
Qui studium nobis ingeniumque facit.  
Hic mea Pegaso perfundit corda liquore,  
Hinc mibi sunt larga pocula pota manu.  
Hic facit aeternos Daphneac frondis honores,  
Quos geris, ut tenero carmine Musa ferat,  
Mireturque tui non uanum nominis omen,  
Omine nam nomen uaticinante geris.  
Ne tamen ambiguam ueriset sententia mente,  
Accipe, quae augurio causa sit apta meo.  
Relligio fontes decorabat prisca coronis,  
Quas tulit e campo Chloris odora tuo.  
Mosque erat ut uerides lymphis induceret umbras,  
Fonte foret nitidas qui petiturus aquas.  
Hinc sua fontano qui guttura rore lauabat,  
Aut gelida rabidam merserat amne fitim.  
Spargebat liquidas herbis florentibus undas,  
Nexaque pro tali munere ferta dedit.  
At tua Peonio quoties medicina liquore,  
Cum bibita est, aegro robur opemque tulit?  
Saepius infectis pepulit contagia uenis,  
Creuit ab infuso saepe liquore salus.*

Tabifci uirus, examina pallida, morbi,  
Paeonia, perdunt, si medearis ope.  
Sicque alter ueluti medica Podalirius arte,  
Fonte salutiferam diuite promis opem.  
Ciuica quin toties meruisti insignia ciue,  
Seruato, et nitidis quercina serra comis.  
Serta comes nectant? meritis si praemia dentur,  
Condat Apollineas plurima sylua fores.  
Ergo tuam Phoebus praecepsit Daphnide frontem,  
Summaque Phillyriden tollit ad astra suum.  
Non tua frons lauro, sed fronte superbiat illa,  
Vt raga perpetuum sic habitura decus.  
At mea Musa Tuam quo nectat uimine frontem?  
Laurus Apollineis innuba crescit agris,  
Quicquid id est, fateor, de paupere carpsimus horto  
Qui sua fontanis gramina rorat aquis.  
Sin minus ex ipso uis lympbas fonte petamus,  
Sufficiat riuos expetiisse tuos



Iny VI 183

KD 18  
VON

Universitätsbibliothek Sachsen-Anhalt

DFG

75



V I R O  
 ATQUE EXPERIENTISSIMO  
 O M I N O  
**V O L F G A N G O**  
**E N B A C H O**  
 NICO PEGAVIENSI  
 CELEBERRIMO  
 IRTE MEDICA HONORES  
 COLLATOS  
 • G 8 IccXIII  
 GRATVLATVR  
 IVS SAMVEL HESSVS  
 MARTIVM ET THEOL STVD  
 TEMBERGAE,  
 SAMVELIS KREVSIGII